Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25944
Copyright: Admont, Benediktinerstift

45r

missi non nisi uolentes teneantur. quia quod non petunt non obseruant. Ideoque
tales considerata maxime peccata committunt. quam plangunt. sicut decreto sanctis-
simi leonis pape manifestissime continetur: De his uero qui preter uo-
luntatem parentum tonsuram uel religiosam uestem susceperint. sic diffi-
nitur in x. concilio toletano. Tonsura uel uestis religiosa in minori
Si in qualibet minore etate suscepta a parentibus irrita fieri non potest. ii. questio.
etate uel religionis tonsuram uel religioni debitam uestem in utroque sexu vii.
filiis aut unus aut ambo parentes dederint forte. aut nolentibus
aut nescientibus susceptam. non mox uisam in filiis abdicauerint.
sed uel coram se uel coram episcopo palamque in conuentu eosdem filios talia habere
permiserint. ad secularem habitum ipsis filiis quandoque redire non
licebit. sed conuicti quod tonsuram aut religiosam uestem aliquando
habuerint. mox ad religionis cultum habitumque reuocentur:
et sub strennua districtione huiuscemodi obseruantie inser-
uire cogantur: Parentibus sane filios suos contradere religio-
ni non amplius quam usque ad decimum etatis eorum annum licencia
poterit esse. Postea uero an cum uoluntate parentum an si sue deuo-
tionis sit solitarium uotum erit filiis licitum assumere cultum. Quisquis
autem uel abolitione tonsure uel secularis uestis assumptione de-
tentus fuerit attigisse transgressionem. etiam excommunicationis Item ex concilio tiburiensi.
censuram accipiat. et religioni semper inhereat. Usque ad annos xii. ·viii.
Puella si ante xii annos paterne uoluntatis puella subiacet arbitrio. J. xx. vii. Q. ii.
etatis sponte sua sacrum sibi uelamen assumpserit. possunt statim paren- Desponsata pu.
tes eius uel tutores id factum irritum facere. si uolunt. At si annum S. p. x. Cap. ult.
et diem dissimulando consenserint. ulterius nec ipsi nec ipsa mutare
poterunt. Si uero in fortiori etate adolescentula uel adolescens
monasterium elegerit. non est potestas parentibus prohibendi. Gratianus
Hac auctoritate et paterna professione docentur astringi quilibet
in puerilibus annis. et preter uoluntatem eorum proposito suscepto pro-
hibentur teneri. non tonsuram uel religiosam uestem parentes
mox uisam abdicauerint. paruuli uero dum offeruntur: non nisi
sub multorum testimonio suscipiendi sunt. Unde in viiii. synodo